



# BANQUE COMMUNE D'ÉPREUVES

CONCOURS D'ADMISSION DE 2010

75 LA

Concepteur : ESSEC

OPTION LETTRES ET SCIENCES HUMAINES

CCIP\_LV1

PREMIERE LANGUE

VERSION LATINE

Durée : 4 heures

Jeudi 6 mai de 8h à 12h

Les affres de l'exil

Le poète, exilé sur les bords de la Mer Noire, se trouve au milieu d'une population mêlée de Grecs et de Barbares.

Innumerae circa gentes fera bella minantur,  
Quae sibi non raptu uiuere turpe putant.  
Nil extra tutum est : tumulus defenditur ipse  
Moenibus exiguis ingenioque loci.  
5 Cum minime credas, ut aues densissimus hostis  
Aduolat et praedam uix bene uisus agit.  
Saepe intra muros clausis uenientia portis  
Per medias legimus noxia tela uias.  
10 Est igitur rarus rus qui colere audeat, isque  
Hac arat infelix, hac tenet arma manu.  
Sub galea pastor iunctis pice cantat auenis,  
Proque lupo puidae bella uerentur oues.  
Vix ope castelli defendimur et tamen intus  
Mixta facit Graecis barbara turba metum.  
15 Quippe simul nobis habitat discrimine nullo  
Barbarus et tecti plus quoque parte (1) tenet.  
Quos ut non timeas, possis odisse uidendo  
Pellibus et longa corpora tecta coma.  
20 Hos quoque, qui geniti Graia creduntur ab urbe,  
Pro patrio cultu Persica braca tegit.  
Exercent illi sociae commercia (2) linguae :  
Per gestum res est significanda mihi.  
Barbarus hic ego sum, qui non intellegor ulli,  
Et rident stolidi uerba latina Getae.

OVIDE

- 1) Tecti plus parte : *plus qu'une part des maisons c-à- la plus grande partie des maisons*
- 2) Exercent commercia : mot à mot *ils pratiquent l'échange*

\* RAPPEL : L'utilisation de toute calculatrice et de tout matériel électronique est interdite.  
\* Seul document autorisé : un dictionnaire latin-français BORNECQUE, GAFFIOT, GOELZER ou QUICHERAT.